

<b>8</b>	AAS XXI (1929) 573-574	Can. 310 §2 — can. 958 §1 n.4 — can. 1099 §2 — can. 1061 et 1071 — can. 1166 — can. 1221 — can. 1532 §1 n.2
----------	------------------------	---

## ACTA OFFICIORUM

---

### PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

#### RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Eñi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

#### I. — DE LITTERIS DIMISSORIIS

*D.* — An vi canonis 310 § 2, conlati cum canone 958 § 1 n. 4, Provicarius apostolicus intra annum a sede vacante litteras dimissorias concedere possit.

*R.* — *Affirmative.*

#### II. — DE MATRIMONIO ACATHOLICORUM

*D.* — An ab acatholicis nati, de quibus in canone 1099 § 2, dicendi sint etiam nati ab alterutro parente acatholico, cautionibus quoque praestitis ad normam canonum 1061 et 1071.

*R.* — *Affirmative.*

#### III. — DE IEIUNIO IN CONSECRATIONE ECCLESIAE

*D.* — An ieiunium in consecratione ecclesiae, de quo in canone 1166 § 2, moderandum sit secundum communem legem ieiunii ecclesiastici.

*R.* — *Affirmative.*

#### IV. — DE SEPULTURA ECCLESIASTICA

*D.* — An praescriptum canonis 1221 extendatur etiam ad postulantes et ad alumnos scholarum apostolicarum in religionibus.

*R.* — *Negative.*

## V. - DE ALIENATIONE BONORUM ECCLESIASTICORUM

*D.* - An vi canonis 1532 § 1 n. 2 requiratur licentia S. Sedis ad alienandas per modum unius plures res ecclesiasticas eiusdem personae, quae simul sumptae valorem excedunt triginta millium libellarum seu francorum.

*R.* - *Affirmative.*

Datum Romae, die 20 mensis Iulii anno 1929.

P. Card. GASPARRI, *Praeses.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius.*